

Edward Szafrowski

Posoborowe prawodawstwo kościelne : 69. Motu proprio "Matrimonia mixta" ustanawiające przepisy dotyczące małżeństw mieszanych

Prawo Kanoniczne : kwartalnik prawno-historyczny 14/3-4, 239-249

1971

Artykuł został zdigitalizowany i opracowany do udostępnienia w internecie przez Muzeum Historii Polski w ramach prac podejmowanych na rzecz zapewnienia otwartego, powszechnego i trwałego dostępu do polskiego dorobku naukowego i kulturalnego. Artykuł jest umieszczony w kolekcji cyfrowej bazhum.muzhp.pl, gromadzącej zawartość polskich czasopism humanistycznych i społecznych.

Tekst jest udostępniony do wykorzystania w ramach dozwolonego użytku.

POSOBOROWE PRAWODAWSTWO KOŚCIELNE

(c. d.)

zebrał i przetłumaczył ks. Edward Szafrowski

Uwaga: Poczynając od numeru 3—4/1968 ukazują się w „Prawie Kanonicznym” dokumenty prawno-liturgiczne, jakie zostały promulgowane od lipca 1967 r. Nie udało się jednak zamieścić wszystkich w pełnym brzmieniu. Niektóre były jedynie sygnalizowane. W związku z tym warto tu przypomnieć, że wszystkie dokumenty i to w pełnym brzmieniu ukazują się w osobnym zbiorze zatytułowanym „Posoborowe prawodawstwo kościelne”. Pierwsze trzy zeszyty zbioru ukazały się w roku 1968 (nakład powtórzono w 1969 r.). Objęły one dokumenty za okres: styczeń 1963 r. — czerwiec 1967 r. Te trzy zeszyty stanowią tom pierwszy „Posoborowego Prawodawstwa Kościelnego”. Zeszyt trzeci posiada na końcu indeks rzeczowy. W roku 1970 wydano tom drugi zbioru, podzielony na cztery zeszyty. Objął on dokumenty, jakie były promulgowane w okresie od lipca 1967 r. do września 1969 r. Trzeci zeszyt tego tomu zawiera indeks rzeczowy do obydwu tomów. Natomiast czwarty zeszyt tomu drugiego stanowi odrębną całość i zawiera Wykaz Odpustów („Enchiridion Indulgentiarum”). Tom trzeci zbioru ukaże się pod koniec 1971 roku.

Mając na uwadze ułatwienie korzystania z dokumentów zawartych w „Prawie Kanonicznym” dołącza się w bieżącym numerze wykaz wszystkich zamieszczonych dotychczas dokumentów oraz krótki indeks rzeczowy.

69.

MOTU PROPRIO „MATRIMONIA MIXTA”
ustanawiające przepisy dotyczące małżeństw mieszanych

LITTERAE APOSTOLICAE MOTU PROPRIO DATAE
quibus normae de matrimoniis mixtis statuuntur
(Typis Polyglottis Vaticanis)

PAULUS PP. VI

PAP. PAWEŁ VI

MATRIMONIA MIXTA, id est
matrimonia inita a parte catholica
cum parte non catholica sive bap-

Zgodnie ze swoim obowiązkiem
Kościół otaczał zawsze wielką tro-
skliwością małżeństwa mieszane,

tizata sive non baptizata, Ecclesia pro suo munere magna semper sollicitudine prosecuta est. Quam quidem sollicitudinem ipsa instantius hodie praestare urgetur ob peculiare huius aetatis condiciones. Cum enim superiore tempore catholici ab asseclis aliarum confessionum christianarum atque a non christianis loco quoque et finibus essent seiuncti, recentioribus tamen his temporibus non solum eiusmodi separatio est valde imminuta, sed etiam commercium inter homines variarum regionum religionumque magnopere increbruit; quo factum est, ut mixta coniugia valde multiplicarentur. Ad hoc etiam vim habuerunt incrementum atque propagatio humanae civilisque culturae et quaestuosae industriae, densatus urbium incolatus cum vitae rusticae detrimento, commigrationes et amplificatus omne genus exulum numerus.

Novit quidem Ecclesia matrimonia mixta, quippe quae religionis diversitatem et christianorum divisionem consequantur, unitati omnium christianorum redintegranda, quibusdam exceptis casibus, non prodesse. Plurimae enim difficultates ipsi matrimonio mixto insitae sunt, cum divisio quaedam in cellulam viventem Ecclesiae, uti familia christiana merito dicitur, inferatur, et in ipsa familia evangelicorum praeceptorum obtemperatio magis ardua reddatur ob rerum religiosarum diversitatem, imprimis quod attinet ad Ecclesiae cultus participationem prolisque educationem.

Has ob causas Ecclesia, sui officii conscia, dissuadet matrimonia contrahi mixta, quia valde exoptat, ut catholici in coniugio perfectam

to jest małżeństwa zawierane przez stronę katolicką ze stroną akatolicką czy to ochrzczoneą czy też nieochrzczoneą. Szczególne warunki współczesnego życia domagają się tym bardziej wspomnianej troskliwości. Gdy bowiem w poprzednim okresie katolicy oddzieleni byli od członków innych wyznań chrześcijańskich, a także od niechrześcijan nawet miejscem i granicami, to obecnie nie tylko zmniejszyło się bardzo tego rodzaju oddzielenie, lecz jednocześnie ożywiły się mocno kontakty między ludźmi różnych regionów i religii. Konsekwencją tego jest znaczne zwiększenie się liczby małżeństw mieszanych. Przyczynił się do tego również wzrost i rozpowszechnienie kultury i cywilizacji oraz przemysłu, przeludnienie w miastach ze szkodą dla życia wiejskiego, ruchy ludnościowe i zwiększenie się wszelkiego rodzaju uchodźstwa.

Kościół zdaje sobie z tego sprawę, że małżeństwa mieszane, nie sprzyjają — poza nielicznymi wypadkami — przywróceniu jedności wśród wszystkich chrześcijan, ponieważ są bezpośrednim skutkiem i zróżnicowania religii i podziału wśród chrześcijan. Liczne bowiem trudności związane są z samym małżeństwem mieszanym, ponieważ wprowadza się pewien rozdział do żywej komórki Kościoła, jaką słusznie nazywa się rodzinę chrześcijańską. Ponadto staje się trudniejszą rzeczą wypełnienie przez rodzinę nakazów ewangelicznych ze względu na różność spraw religijnych. Dotyczy to w pierwszym rzędzie uczestnictwa w kulcie religijnym Kościoła i wychowania potomstwa.

Dla tych to właśnie przyczyn Kościół, świadom swojego obowiązku, odradza zawieranie małżeństw mieszanych, ponieważ bardzo prag-

animorum concordiam atque plenam vitae communionem assequi possint. Quoniam vero ius est homini a natura datum, inire matrimonium prolemque procreare, Ecclesia suis legibus, quae sollicitudinem eius pastoralemente ostendunt, ita res curat disponendas, ut hinc iuris divini praescripta religiose serventur, illinc autem praedictum ius matrimonii contrahendi in tuto collocetur.

Vigilanter profecto ipsa respicit sive iuvenum institutionem eorumque habilitatem ad onera cum officii conscientia suscipienda et ad munera sua in Ecclesia obeunda, sive praeparationem nupturientium, qui matrimonium mixtum inire intendunt, sive curam iis adhibendam, qui mixtum matrimonium iam contraxerunt. Et quamquam professionis minus metuendum est, ne circa religionem fiant indifferentes, nihilominus id facilius praecaveri poterit, si, quamvis mixto matrimonio coniuncti, ambo coniuges indolem christianam maritalis societatis exploratam habeant, et si ecclesiasticae auctoritates, ad quas pertinet, iis congrua ratione auxiliantur. Ipsae etiam difficultates, quae inter coniugem catholicum et non baptizatum forte coortae sint, vigilantia et sollertia pastoralis queunt evinci.

Ecclesia aequam non habet rationem, neque in doctrina neque in legibus, matrimonii a coniuge catholico cum non catholico homine baptizato initi, et matrimonii, quo coniux catholicus sibi iunxit hominem non baptizatum. Nam, ut Concilium Vaticanum II declara-

nie, ażeby katolicy mogli osiągnąć w małżeństwie doskonałą harmonię duchową oraz pełną wspólnotę życia. Ponieważ jednak człowiek posiada naturalne prawo zawierania małżeństwa i wydawania na świat potomstwa, dlatego chce Kościół w swoim prawodawstwie, które jest dobitnym wyrazem jego duszpasterskiej troski, tak uporządkować wszystkie sprawy, by z jednej strony święcie zabezpieczyć przepisy prawa Bożego, a z drugiej strony zagwarantować wspomniane prawo do zawarcia małżeństwa.

Kościół przeto zwraca pilnie uwagę na formację młodzieży, umożliwienie jej świadomego podjęcia obowiązków i wypełnienia zadań czekających ją w Kościele, zwraca uwagę na odpowiednie przygotowanie nupturientów zamierzających zawrzeć małżeństwo mieszane, jak również otacza troską tych, którzy już zawarli małżeństwo mieszane. Wprawdzie w odniesieniu do osób ochrzczonych istnieje mniejsze niebezpieczeństwo obojętności religijnej, jednakże łatwiej da się go uniknąć wtedy, gdy obydwójce małżonkowie, chociaż złączeni małżeństwem mieszanym, ujawnią chrześcijański charakter wspólnoty małżeńskiej i otrzymają odpowiednią pomoc od zainteresowanych władz kościelnych. Nawet te trudności, jakie ewentualnie powstają w małżeństwie między stroną katolicką i małżonkiem nieochrzczonym mogą być przewyżczone czujnością i zapobiegliwością duszpasterską.

Kościół nie stawia na jednej płaszczyźnie — zarówno gdy idzie o naukę jak i przepisy — małżeństwa zawartego przez stronę katolicką z osobą akatolicką ochrzczoną i małżeństwa między katolikiem i osobą nieochrzczoną. Jak bowiem oświadczył Sobór Waty-

vit, ii qui, etsi non catholici, „in Christum credunt et baptismum rite receperunt, in quadam cum Ecclesia catholica communione, etsi non perfecta, constituuntur”.¹ Fideles autem orientales, extra Ecclesiam catholicam sacro fonte abluti, quamquam a nostra communione seiuncti, vera sacramenta in propriis Ecclesiis possident, praecipue Sacerdotium et Eucharistiam, per quae arctissima necessitudine nobiscum coniunguntur.² Viget nimirum in coniugio inter baptizatos — quod verum est sacramentum — quaedam spirituum bonorum communio, quae in matrimonio deest, a coniugibus inito, quorum alter eset baptizatus, alter exspers baptismi.

Nihilominus non sunt praeterundae difficultates, quae in ipsis matrimoniis mixtis inter baptizatos insunt. Saepe enim differunt inter se opiniones de sacramentali natura matrimonii, de significatione propria conubii in Ecclesia celebrati, de interpretatione quorundam principiorum moralium ad matrimonium et familiam pertinentium, de finibus, quibus oboedientia Ecclesiae catholicae debita contineatur, de provincia, quae auctoritati ecclesiasticae competat. Ex quibus liquet solum in redintegrata christianorum unitate huiusmodi difficiles quaestiones plane posse expediri.

Edoceantur ergo fideles Ecclesiam, quamvis in particularibus casibus vinculum ecclesiasticae disciplinae aliquantum relaxet, numquam tamen posse partis ca-

kański II, ci, „co wierzą w Chrystusa i otrzymali ważne chrzest” — chociaż nie są katolikami — „pozostają w jakiejś, choć nieskonanej wspólnocie z Kościołem katolickim”.¹ Wierni zaś wschodni, ochrzczeni poza Kościołem katolickim, chociaż nie mają z nami wspólnoty (pełnej), to jednak posiadają w swoich Kościołach prawdziwe sakramenty, zwłaszcza kapłaństwo i Eucharystię, przez które łączą się z nami bardzo ścisłym węzłem.² Istnieje przeto między ochrzczoneymi w małżeństwie — które jest prawdziwym sakramentem — pewna wspólnota dóbr duchowych, której nie ma w małżeństwie zawartym pomiędzy osobą ochrzczoną i nieochrzczoną.

Nie można jednak przemilczeć trudności związanych z małżeństwami mieszanymi wśród ochrzczoneych. Zachodzi bowiem często różnica w zakresie rozumienia natury sakramentu małżeństwa, a także na temat właściwego znaczenia małżeństwa zawartego w Kościele, interpretacji niektórych zasad moralnych dotyczących małżeństwa i rodziny, granic, w których zawiera się posłuszeństwo należne Kościołowi katolickiemu, spraw podlegających kompetencji Kościoła. Z tego jasno wynika, że wspomniane powyżej trudne kwestie mogą być w pełni rozwiązane przez przywrócenie jedności chrześcijan.

Należy przeto pouczać wiernych, że Kościół, wprowadzając w poszczególnych wypadkach pewne złagodzenie dyscypliny kościelnej, nigdy jednak

¹ Decr. de Oecumenismo „Unitatis redintegratio”, 3, A. A. S. 57 (1965), p. 93; cfr. Const. Dogm. de Ecclesia „Lumen gentium”, A. A. S. 57 (1965), pp. 19—20.

² Cfr. Conc. Vat. II, Decr. De Oecumenismo „Unitatis redintegratio”, 13—18, l. c., pp. 100—104.

tholicae obligationem auferre, quae lege divina, ipso videlicet ordine salutis per Christum instituto, pro variis casuum adiunctis imponitur.

Ideo fideles commoneantur officium esse penes catholicum coniugem propriae fidei conservandae, ac propterea ipsi numquam licere proximo illam amitendi periculo sese offerre.

Praeterea in matrimonio mixto pars catholica obligatione tenetur non solum perstandi in fide, sed etiam, quantum fieri potest, curandi, ut proles baptizetur et in eadem fide educetur atque omnia salutis aeternae accipiat subsidia, quae Ecclesia catholica filiis suis suppeditat.

Ad liberos autem quod spectat educandos, cum ambo coniuges hoc munere obstringantur illudque, una cum omnibus conexis obligationibus, ipsis minime fas sit ignorare, res difficultate non caret: cui tamen, quemadmodum ceteris, Ecclesia legibus suis et cura pastoralis occurrere studet.

Hiscie prae oculis habitis, nemo profecto mirabitur, si etiam disciplina canonica matrimoniorum mixtorum uniformis esse nequeat, eaque ad varia casuum adiuncta accommodanda sit, quod attinet sive ad formam iuridicam contrahendi matrimonii, sive ad eiusdem liturgicam celebrationem, sive denique ad curam pastoralement praesentandam coniugibus filiisque in matrimonio susceptis, secundum varias coniugum condiciones vel diversos ipsorum gradus communio-nis ecclesiasticae.

Consentaneum omnino erat, ut ad tam gravis momenti quaestio-

nie może uwolnić strony katolickiej od obowiązku, jaki zależnie od różnych okoliczności nakłada prawo Boże, czyli porządek zbawienia ustanowiony przez Chrystusa.

Trzeba zatem wiernym przypominać, że małżonek katolicki ma obowiązek strzeżenia swojej wiary. Stąd nie wolno mu nigdy narażać się na bezpośrednie niebezpieczeństwo utraty wiary.

Następnie w małżeństwie mieszanym strona katolicka ma nie tylko obowiązek zachowania wiary, lecz również zatroszczenia się — na ile to możliwe — o ochrzczczenie potomstwa, wychowanie w wierze katolickiej i zapewnienie mu wszystkich środków zbawienia wiecznego, jakich Kościół używa swoim dzieciom.

Ponieważ w zakresie wychowania dzieci na obydwójgu małżonkach ciąży zadanie wychowania i to łącznie ze wszystkimi związanymi z tym obowiązkami, stąd powinni oni wiedzieć, że nie jest to pozbawione trudności. Jednakże Kościół i w tej sprawie, podobnie jak w innych, stara się zaradzić swoimi przepisami i troską duszpasterską.

Mając to wszystko na uwadze dla nikogo nie będzie rzeczą dziwną, że nie da się wprowadzić jednakowej dyscypliny kanonicznej regulującej sprawę małżeństw mieszanych i że powinna być ona dostosowana do różnych okoliczności, zależnie od różnych warunków w jakich znajdują się małżonkowie i od różnego stopnia ich wspólnoty z Kościołem. Dotyczy to formy prawnej zawierania małżeństwa, formy liturgicznej, jak również udzielania pomocy duszpasterskiej małżonkom i dzieciom z małżeństwa mieszanego.

Było rzeczą zupełnie zrozumiałą, że na tak ważną sprawę zwrócił

nem Concilii Oecumenici Vaticani II sollicitudines converterentur. Quod reapse, occasione data, pluries contigit; immo votum a Patribus ipse Concilii in tertia periodo prolatum est, quo tota quaestio Nobis est demandata.

Ut huic satisfaceret voto, die 18 mensis Martii anno MCMLXVI, a S. Congregatione pro Doctrina Fidei Instructio de matrimoniis mixtis promulgata est, a verbis incipiens „Matrimonii Sacramentum”,³ qua cautum est, ut normae ibidem statuta, si experientia comprobatae essent, in Codicem Iuris Canonici, qui nunc recognoscitur, certa ac definita ratione insererentur.⁴

Cum autem in primo Coetu generali Synodi Episcoporum, mense Octobri anni MCMLXVII celebrato, quaestiones quaedam de matrimoniis mixtis propositae essent, de quibus Patres multas easque opportunas animadversiones protulerunt,⁵ Nobis visum est eas examinandas tradere peculiari Patrum Cardinalium Commissioni, quae magna cum sedulitate conclusiones suas Nobis exhibuit.

Nunc igitur id primum praeposimus, normis has per Litteras statuendis obnoxios non esse catholicos orientales, qui cum baptizatis acatholicis vel cum non baptizatis matrimonium contrahant. Ad matrimonium vero catholicorum cuiuslibet ritus cum christianis orientalibus non catholicis quod attinet, Ecclesia iam nonnullas normas recentiore tempore impertivit,⁶ quas

swoją troskliwą uwagę Sobór Watykański II. Miało to miejsce kilkakrotnie przy nadarzającej się okazji. Owszem w czasie trzeciej sesji Soboru Ojcowie wyrazili swój wniosek, na podstawie którego cała sprawa została Nam przekazana.

Aby zadość uczynić temu życzeniu została przez Kongregację Nauki Wiary promulgowana dnia 18 marca 1966 r. Instrukcja o małżeństwach mieszanych, zaczynająca się od słów „Matrimonii Sacramentum”.³ Instrukcja ta postanawiała, że zawarte w niej przepisy będą włączone w ostatecznej formie do reformowanego obecnie Kodeksu Prawa Kanonicznego, gdy zostaną potwierdzone przez praktykę życia.⁴

Ponieważ jednak na pierwszej sesji Synodu Biskupów, która miała miejsce w październiku 1967 roku zostały przedstawione pewne sprawy dotyczące małżeństw mieszanych, co do których wysunęli Ojcowie liczne i pożyteczne uwagi,⁵ wydało Nam się rzeczą wskazaną przedstawić je do przedyskutowania specjalnej Komisji Kardynałów, która z wielką troskliwością przedłożyła nam swoje wnioski.

Na początku zaznaczamy, że przepisy zawarte w niniejszym piśmie nie dotyczą katolików wschodnich, gdy zawierają małżeństwo z akatolikami ochrzczonymi lub z osobami nieochrzczonymi. W odniesieniu zaś do małżeństw katolików jakiegokolwiek obrządku zawieranych z akatolikami chrześcijańskich obrządków wschodnich, wydał Kościół w ostatnim czasie

³ Cfr. A. A. S. 58 ((1966), pp. 235—239.

⁴ Cfr. ibid., l. c., p. 237.

⁵ Cfr. „Argumenta de quibus disceptabitur in primo generali coetu Synodi Episcoporum”, pars altera, Typis Polyglottis Vaticanis, MCMLXVII, pp. 27—37.

quidem normas vim suam retinere volumus.

Itaque Nos, eo consilio permoti, ut ecclesiastica disciplina de matrimoniis mixtis perficiatur utque salvis divinae legis praescriptis, canonicae leges variis coniugum condicionibus consulant, iuxta mentem a Concilio Vaticano II significatam, praesertim in Decreto, cui index „Unitatis redintegratio”⁷ et in Declaratione, a verbis incipiente „Dignitatis humanae”;⁸ itemque optata considerantes, quae in Synodo Episcoporum sunt prolata, auctoritate Nostra et post maturam deliberationem normas statuimus ac decernimus, quae sequuntur.

1) Matrimonium inter duas personas baptizadas, quarum altera sit catholica, altera vero non catholica, cum natura sua plenae spirituali coniugum communioni obstet, sine praevia Ordinarii loci dispensatione, contrahi non licet.

2) Matrimonium inter duas personas, quarum altera sit baptizata in Ecclesia catholica, vel in eandem recepta, et altera non baptizata, initum sine praevia Ordinarii loci dispensatione, est invalidum.

3) Ab utroque impedimento Ecclesia pro temporum, locorum personarumque rationibus et adiunctis, dispensationem non recusat, dummodo iusta causa habeatur.

4) Ad impetrandam ab Ordinario loci dispensationem impedimenti, pars catholica declaret se paratam esse pericula a fide de-

pewne normy,⁶ które pragniemy utrzymać w mocy.

Kierowani zatem tą intencją, by udoskonalić dyscyplinę kościelną dotyczącą małżeństw mieszanych oraz, by — zachowując w mocy prawo Boże — przepisy kanoniczne zaradziły różnym potrzebom, w jakich znajdują się małżonkowie, zgodnie z myślą wyrażoną przez Sobór Watykański II, zwłaszcza w dekrete „Unitatis redintegratio”⁷ oraz w deklaracji „Dignitatis humanae”,⁸ jak również rozważywszy życzenia wyrażone na Synodzie Biskupów — ustanawiamy i zarządzamy naszą władzą po dojrzałym zastanowieniu następujące normy.

1) Nie może być zawarte bez uprzedniej dyspensy ordynariusza miejsca małżeństwo między dwoma osobami ochrzczoneymi, z których jedna jest katolikiem druga zaś akatolikiem, ponieważ takie małżeństwo z natury swojej stwarza przeszkodę dla pełnej wspólnoty duchowej małżonków.

2) Nieważne jest małżeństwo między dwoma osobami, z których jedna byłaby ochrzczone w Kościele katolickim lub była do niego przyjęta, a druga nieochrzczonea zawarte bez uprzedniej dyspensy ordynariusza miejsca.

3) Kościół nie odmawia dyspensy od obydwu przeszkód, biorąc pod uwagę okoliczności miejsc i osób, byleby tylko istniała słuszna przyczyna.

4) W celu uzyskania u ordynariusza miejsca dyspensy od przeszkody, strona katolicka ma obo-

⁶ Cfr. Conc. Vat. II, Decr. de Ecclesiis Orientalibus Catholicis „*Orientalium Ecclesiarum*”, 18, A. A. S. 57 (1965), p. 82; S. Congr. pro Ecclesiis Orientalibus Decr. „*Crescens matrimoniorum*”, A. A. S. 59 (1967), pp. 165—166.

⁷ A. A. S. 57 (1965), pp. 90—112.

⁸ A. A. S. 58 (1966), pp. 929—946.

ficiendi removere. Eadem insuper gravi obligatione tenetur promissionem sinceram praestandi, se omnia pro viribus facturam esse, ut universa proles in Ecclesia catholica baptizetur et educetur.

5) De his promissionibus a parte catholica faciendis, pars non catholica tempestive certior fiat, adeo ut constet ipsam vere consensam esse promissionis et obligationis patris catholicae.

6) Ambae partes edoceantur de finibus et proprietatibus essentialibus matrimonii, a neutro contrahente excludendis.

7) Conferentiae Episcoporum est, secundum propriam territorii competentiam, statuere modum quo hae declarationes et promissiones, quae semper requiruntur, faciendae sint, sive ore tantum, sive etiam scriptis, sive coram testibus; tum rationem definire qua de ipsis et in foro externo constet et pars acatholica certior reddatur; itemque edicere quae alia sint, pro opportunitate, postulanda.

8) Mixtae nuptiae forma canonica contrahendae sunt, quae forma ad validitatem matrimonii requiritur, salvo praescripto Decreti „Crescens matrimoniorum”, a S. Congregatione pro Ecclesiis Orientalibus die 22 mensis Februarii anno 1967 editi.⁹

9) Si graves difficultates formae canonicae servandae obstant, Or-

wiązek oświadczyć, że jest gotowa odsunąć od siebie wszystkie niebezpieczeństwa utraty wiary. Ma ona ponadto taki sam poważny obowiązek złożenia szczerego przyrzeczenia, że wedle sił uczyni wszystko, by wszystko potomstwo zostało ochrzczone w Kościele katolickim i wychowane po katolicku.

5) Strona akatolicka powinna być powiadomiona w odpowiednim czasie o wspomnianych przyrzeczeniach strony katolickiej i to w ten sposób, by rzeczywiście była zorientowana co do przyrzeczenia i obowiązku strony katolickiej.

6) Obydwie strony powinny być pouczone na temat celów i istotnych przymiotów małżeństwa, które nie mogą być wykluczone przez żadną ze stron.

7) Do Konferencji Biskupów należy zgodnie z własną kompetencją terytorialną określić sposób w jakim mają być składane wspomniane deklaracje i przyrzeczenia, które zawsze są obowiązkowe, a więc czy mają być dokonywane tylko ustnie, czy też na piśmie lub wobec świadków. Do niej też należy określić w jaki sposób ma to być stwierdzone na forum zewnętrznym i w jaki sposób ma być powiadomiona strona akatolicka. Wreszcie do niej należy decyzyjnie na temat domagania się jeszcze innych ewentualnie formalności w tej materii.

8) Małżeństwa mieszane winny być zawierane z zachowaniem formy kanonicznej, co jest wymagane do ważności małżeństwa. Zachowuje się jednak w mocy przepis Dekretu „Crescens matrimoniorum”, wydanego w dniu 22 lutego 1967 r. przez Kongregację dla Kościołów Wschodnich.⁹

9) Ordynariuszowi miejsca przysługuje prawo dyspensowania do

⁹ Cfr. A. A. S. 59 (1967), p. 166.

dinariis locorum ius est dispensandi a forma canonica matrimonii mixti; Conferentiae autem Episcoporum est normas statuere, quibus praedicta dispensatio in sua regione vel in suo territorio concordi ratione ac licite, salva tamen aliqua publica forma celebrationis, concedatur.

10) Curandum est, ut omnia matrimonia valide contracta in libris a iure canonico praescriptis, sedulo adnotentur. Pastores animarum curent, ut ministri quoque non catholici operam praestent ad adnotationem nuptiarum cum parte catholica in libris inserendam.

Conferentiae vero Episcopales normas edant, quibus in earum regione vel territorio modus communi ratione determinetur, quo de matrimonio, post obtentam dispensationem a forma canonica, publice contracto, in libris iure canonico praescriptis constet.

11) Quoad formam liturgicam celebrandi matrimonia mixta, si ea desumenda sit ex Rituali Romano, ritus adhiberi debent ex Ordine celebrandi Matrimonium, auctoritate Nostra promulgato, sive Matrimonium fit inter partem catholicam et partem baptizatam non catholicam (nn. 39—54), sive matrimonium fit inter partem catholicam et partem non baptizatam (nn. 55—66). Si autem casus ferat, in matrimonio inter partem catholicam et partem baptizatam non catholicam adhiberi possunt, de consensu Ordinarii loci, ritus celebrandi matrimonium intra Missam (nn. 19—38), servato legis generalis praescripto quoad Communionem Eucharisticam.

formy kanonicznej w małżeństwach mieszanych, jeżeli poważne trudności nie pozwalają na jej zastosowanie. Do Konferencji zaś Biskupiej należy określenie norm, na podstawie których byłaby udzielana dyspensa na podległym terytorium w sposób jednakowy i godziwie, z zachowaniem jednak jakiejś publicznej formy zawarcia małżeństwa.

10) Należy zatroszczyć się o to, by wszystkie małżeństwa ważne zawarte zostały pilnie zapisane w księgach nakazanych przez prawo kanoniczne. Niech duszpasterze starają się skorzystać nawet z pomocy ministrów akatolickich, gdy idzie o zapisanie w księgach małżeństwa ze stroną katolicką.

- Natomiast Konferencje Biskupie mają wydać dla własnego regionu lub terytorium normy określające jednakowy sposób zanotowania w księgach, przepisanych przez prawo kanoniczne, małżeństwa zawartego publicznie po uzyskaniu dyspensy od formy kanonicznej.

11) Jeżeli przy zawieraniu małżeństwa mieszanego forma liturgiczna ma być brana z rytuału rzymskiego, to należy zastosować obrzędy przewidziane w Porządku zawierania małżeństwa, zatwierdzonym Naszą powagą — zarówno wtedy, gdy chodzi o małżeństwo zawierane pomiędzy stroną katolicką i ochrzczonej stroną akatolicką (nn. 39—54) jak i wtedy, gdy małżeństwo ma być zawarte między stroną katolicką i stroną nieochrzczonej (nn. 55—66). Gdy tak doradzają okoliczności, w małżeństwie zawierany przez stronę katolicką ze stroną akatolicką ochrzczonej, może być zastosowany — za zezwoleniem ordynariusza miejsca — obrzęd małżeństwa w czasie Mszy św. (nn. 19—38)

12) Conferentiae Episcopales Apostolicam Sedem certiore reddant de iis, quae circa matrimonia mixta pro sua competenti decreverint.

13) Matrimonii celebratio coram sacerdote vel diacono catholico et ministro non catholico, qui simul suum quisque ritum peragant, vetatur; neque admittitur, ante vel post catholicam celebrationem, alia matrimonii celebratio religiosa and matrimoniale consensus praestandum vel renovandum.

14) Ordinarii locorum et parochi curent, ne coniugi catholico et filii, e matrimonio mixto natis, auxilium spirituale desit ad eorum officia conscientiae adimplenda; eundemque hortentur coniugem, ut memor sit semper doni divini fidei catholicae eiusque testimonium reddat „cum modestia et timore, conscientiam habens bonam”;¹⁰ coniuges adiuvent ad vitae coniugalis et familiaris fovendam unitatem, quae, si de christianis agatur, in illorum quoque baptismo innitur. Qua de re optandum est, ut iidem Pastores relationes instituunt cum ministris aliarum communitatum religiosarum, easque sincere probitate et sapientia fiducia conforment.

15) Poenae, quae in C. I. C. can. 2319 statutae sunt, omnes abrogantur; pro iis autem qui tales poenas contraxerint, earundem poenarum effectus cessant, salvo tamen obligationibus, de quibus in n. 4 harum normarum sermo est.

z zachowaniem jednak ogólnego przepisu co do Komunii św.

12) Konferencje Biskupie powiadomią Stolicę Ap. o zarządzeniach wydanych w zakresie własnej kompetencji w odniesieniu do małżeństw mieszanych.

13) Zabronione jest zawieranie małżeństwa przed kapłanem lub diakonem katolickim i ministrem akatolickim w ten sposób, że każdy wykonuje równocześnie swój obrzęd. Nie zezwala się również, by przed lub po katolickim obrzędzie miał miejsce inny obrzęd religijny dla wyrażenia lub odnowienia zgody małżeńskiej.

14) Ordynariusze miejsca oraz proboszczowie winni zatroszczyć się o to, by małżonkowi katolickiemu i dzieciom zrodzonym z małżeństwa mieszanego nie zabrakło duchowej pomocy potrzebnej do wypełnienia ich obowiązków sumienia. Mają też napominać stronę katolicką, by pamiętała zawsze o Bożym darze wiary katolickiej i dawała temu świadectwo „zachowując czyste sumienie z łagodnością i bojaźnią (Bożą)”.¹⁰ Małżonków należy wspomóc w ugruntowaniu jedności życia małżeńskiego i rodzinnego, która w wypadku chrześcijan ma swoje źródło w ich chrzcie. Należy sobie życzyć, by wspomniani pasterze nawiązali w tej sprawie kontakty z ministrami innych wspólnot religijnych i oddziaływali na nie szczerą prawością i roztropnym zaufaniem.

15) Odwołuje się wszystkie kary ustanowione w kan. 2319 KPK. Jeżeli chodzi o tych, którzy zaciągnęli już wspomniane kary to ustają skutki tych kar, z zachowaniem jednak w mocy obowiązków, o których jest mowa w n. 4 obecnych przepisów.

¹⁰ Cfr. 1 Pt. 3, 16.

16) Ordinarius loci sanationem in radice matrimonii mixti concedere potest, impletis condicionibus, de quibus in nn. 4 et 5 harum normarum, et servatis ceteris de iure servandis.

17) In casu peculiaris difficultatis vel dubii quoad applicationem harum normarum, recurrendum est ad Sanctam Sedem.

Quaecumque a Nobis hisce Litteris motu proprio datis decreta sunt, ea omnia firma ac rata esse iubemus suosque integros effectus obtinere a die 1 mensis Octobris huius anni, contrariis quibuslibet non obstantibus.

Datum Romae, apud Sanctum Petrum, die XXXI mensis Martii MCLXX, Pontificatus Nostri septimo.

PAULUS PP. VI

16) Ordynariusz miejsca może sanować w związku małżeństwo mieszane, po wypełnieniu warunków, o których mowa w nn. 4 i 5 zawartych tu przepisów i z zachowaniem innych warunków wymaganych przez prawo.

17) W wypadku szczególnej trudności lub wątpliwości co do zastosowania obecnych norm, należy się odnieść do Stolicy Ap.

Co zostało zarządzone tym naszym pismem wydanym z własnej inicjatywy, to wszystko zatwierdzamy. Zawarte tu przepisy zaczęną w pełni obowiązywać od dnia 1 października b. r., bez względu na jakiegokolwiek przeciwnie zarządzenia.

Dan w Rzymie u św. Piotra, dnia 31 marca 1970 roku, w siódmym roku naszego Pontyfikatu.

PAP. PAWEŁ VI

70.

OKÓLNIK KONGREGACJI DLA SPRAW DUCHOWIEŃSTWA skierowany do Przewodniczących Konferencji Biskupich, a dotyczący Rad Kapłańskich w świetle wytycznych Kongregacji Plenarnej z dnia 10 października 1969 roku

LITTERAE CIRCULARES

ad Praesides Conferentiarum Episcopaliū de Consiliis Praesbyteralibus iuxta placita Congregationis Plenariae die 10 Octobris 1969 habitae (AAS 62(1970)459—465)

Proenium

1. Presbyteri sacra Ordinatione atque missione, quam ab Episcopis recipiunt, „promoventur ad inseruiendum Christo Magistro, Sacerdoti et Regi, cuius participant ministerium, quo Ecclesia in Populum Dei, Corpus Christi et Templum Spiritus Sancti, hic in terris, indesinenter aedificatur”.¹

Wstęp

1. Prezbiterzy przez święcenia i misję, otrzymaną od biskupów „zostają wyniesieni do służenia Chrystusowi Nauczycielowi, Kapłanowi i Królowi, uczestnicząc w Jego posłudze, dzięki której Kościół tutaj na ziemi rośnie nieustannie jako lud Boży, Ciało Chrystusa i świątynia Ducha Świę-